



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manuscriptis Codicibus, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodière

Complectens Sanctos Mensivm || Ivlii Et Avgvsti

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10261

De S. Priuato episcopo Gualitano.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77405)

MARTYRIVM S. PRIVATI EPISCOPI
GAVALITANI ET MARTYRIS, VT HABETVR IN AN.
tiquis MS. codicibus: cui fidem conciliat S. Gregorius Turonensis Lib. 1.
De Historia Francorum, cap. 30. & 32. &c. Stylum
hincindè nonnihil emauimus.

Augusti 21.



Alij Corne-
liū sub alijs
pascū aiunt.

VALERIANO & Gallieno Imperatoribus, Romanæ
reipublicæ præsentibus, sæua in Christianos persecutio
mota est, ad eò vt innumeris illorum edictis compulsi iu-
dices, cum officio ac militari manu certatim vbiq̃e dis-
currentes, captos Dei cultores custodijs manciparent,
& ad iudicia pertractos, verberibus agerent, bestijs lace-
randos obijcerent, ignibus torrerent, & diuersis tormen-
torum generibus excruciant: vt posset etiam ab ijs mor-
tis remedium desiderari, quos constabat gratulabundos
torqueri. Ea tempestate Romæ Cornelius, Cyprianus
Carthagine, summi antistites, pro Christi nomine glo-
rioso martyrio coronati sunt. Vnde factum est, vt tanta crudelitate prouocata
Domini indignatio, tandem sese declararet. Nam cum per id tempus Romani
Imperij status, pacatis hostibus, incolumis haberetur, repente omnes penè barba-
ræ nationes, è suis sedibus erumpentes, aduersus rempublicam quasi coniunctis ani-
mis arma tulere: Orientemq̃e & Occidentem vastantes, vrbes cuerterunt, popu-
los trucidarunt, omnia diripuerunt, & terras in quasdam horrendas redegere soli-
tudes.

E quibus tum Alemanni, transmissio Rheno, Gallias petierunt, non tam virtute,
quàm numero, præualidi: quos Regem * Scorconè illo tempore habuisse confirmat
* Chrocom antiquas. Illi igitur multitudine innumerabili, cum instar locustarum non solum
per Gallias peruagarentur, sed etiam obuia quæq̃, protererent, vt hodieque magna-
rum urbium ruinæ testantur, in Gualitanæ regionis excidium animos atque arma
Alemani vastat Gal-
lias. conuerterunt. Quod cum loci incolæ comperissent, in montem Gredonensem pro
rei necessitate confugiunt, expetentes præsidium montis excelsi, quem eatenus
non cura & ars munièrat, sed natura: ad eò vt ad eius loci tutelam etiam peregrini
populi concurrentes, intolerandam hostium sæuitiam se euasisse gratularentur. Ei
verò regioni siue ecclesiæ tum præerat sanctus Priuatus Episcopus, sedem habens
in viculo Mimateni, quod qui ante eum Episcopi illic fuerant, eo loco & commo-
rati & sepulti essent. Is autem sanctus vir tum religionis studio feruens, tum de quiete
Manet sem-
per in cry-
pta S. Priua-
tus Episco-
pus. sollicitus, in eius montis supercilio, quod illi viculo supereminet, cryptam sibi grandi
studio & eleganti opere confecit, in qua perpetuò manens, nunquam indè prodijt,
nisi cum ad agenda pro more solennia egrederetur. Cum se ergo iam dictæ vrbis ho-
mines in Gredonensis montis munitione inclassissent, sanctum Priuatum Episcopum
in eius, quam diximus, cryptæ receptaculo hostilis furor reperit: in qua ille degens, li-
cèt Gredonensibus corpore non adesset, oratione tamen non defuit. Nam quos præ-
sentia sua consolari non poterat, spiritu consuebat.

Alemanni
Gredonen-
locum ob-
sident.

Interea Barbari regionem omnem populabundi peruagantur, & tandem ad Gre-
donensem locum confluunt, non solum in eo indigenas, sed etiam externos populos
obsiduri. Cum autem permultos primarios viros ex alijs regionibus, eò se conferen-
tes, eadem obsidione premerent, non solum omnem sibi expugnationis spem, sed eti-
am oppugnandi aditum, præclusere. Itaq̃, incerti & planè desperabundi, feroces ani-
mos adhibuerunt, vt quos magno suo malo vallauerant, diurno tempore clausos ten-
nerent: & qui vi expugnari non possent, vel fame compellente vincerentur. Dum autè
in hac intentione persistit, fama ad eos perfertur, Episcopum regionis eius non esse cum
obsessis, sed in receptaculo, quod pacis tempore sibi fecisset, comorari. Eo comperto,
mox ad rapiendum illi hostes aduolant, ea vel maximè spe, quod si ille veniret in manus
ipforum, idq̃, obsessi cognoscerent, continuo eorum animi frangerentur, atq̃, ad eam
conditionem spontè descenderent, qua suum viderent antistitem teneri. Eunt ergo
confestim ad cryptam, deponuntque sanctum virum in collem, qui erat inter mon-
tem & ecclesiam, in quo quoddam est propugnaculum, cui Tutoris nomen vetustus
conditor

Cōprehenditur ab ho-
stibus Episco-
pus.

conditor imposuit. Et cum ibi, ut barbarorum habet vel necessitas, vel consuetudo, per interpretem sanctus vir compellaretur, disceretque ea causa se * pertinaciter cap-
 tum, ut suorum animos ad deditorem persuasione sua permoueat, plebemque & Dei & loci beneficio tutam, ad spontaneam captiuitatem ipse captiuus adducat: respondit se hoc nequaquam facturum, affirmans nec sacerdotem par esse tale suæ plebi præbere consilium, nec populum, loco tutissimo commorantem, deditio-
 nis accomodaturum: satiisque fore, in quæuis ipsum discrimina conijci, quam ad tale facinus præbere consensum.

Eo responso barbari commoti, statim eum fustibus cædunt, multisque actum verberibus, ad vicum usque perducunt, sibi persuasum habentes, eum vel post supplicia sententiam mutaturum. At ille in eadem voce persistens, hoc solum addidit, potuisse illis semel dicta sufficere, si qua prudentia vel humanitate essent præditi: sibi verò, quod ab ipso poscerent, minimè licere. Tum illi maiori indignatione accensi, quippe rationis expertes, ad multo atrociora prosiliunt, tantæ sanctitatis virum ad immolandum idolis compellentes: ut qui ciuium suorum malè suadendo hostis esse nollet, vel animæ suæ inimicus efficeretur. Itaque funesta sacrificia componunt, utque ea offerat, multis intentatis minis urgent, aiuntque eum aut ipsorum immolare idolis, aut tormentis confici oportere. Sanctus Episcopus sine cunctatione respondet: Miror vos qualemcunque antistitem ad tam execranda compellere. Si enim vlla vobis inesset humana prouidentia, posset apud vos absque mea assertionem constare, multo esse rectius, loci mei hominem quenlibet etiam atrocissimæ mortis subire cruciatus, quam plebem sibi creditam prodere, & dum ipse perit, illi perditionis authorem existere.

Cæditur fustibus, dum non vult perdere subditos.

Nō vult sacrificare demonibus.

His auditis, illi quauis barbari, tamen moderationem utcunque fingentes, respondent: Num te ad illicita & solis barbaris usitata compellimus? An non & Imperatores vestri, & eorum iudices idola colunt, & Christianos omnes sacrificare compellunt? Sanctus Episcopus dixit: Tametsi grauissimum id est, tamen agnosco vera esse quæ dicitis. Perspicua enim sunt Romanorum principum in gentili prophanatione non tam peccata, quam crimina. Quod nisi ita esset, ad concutiendam & vexandam eorum Rempublicam non tantæ existerent barbararum nationum vires. Quicquid enim in perniciem nostram vos geritis, non à virtute vestra, sed nostrorum Imperatorum falsa religione, id proficiscitur. Sed est tamen Dei nostri, quem vos penitus ignoratis, ea virtus & potentia, ut temporis momento & principes, quos nobis obijcitis, liberare possit ab errore, & idola vestra prosternere, & nobis, quos presentium afflictionum verberibus castigatis, solita benignitate opitulari. Ego verò spe bonorum æternorum, quæcunque mihi tormenta intuleritis, planè contemno.

Mox barbari immaniora proferentes supplicia: Aut sacrificia, inquit, sine mora, aut varijs tormentorum generibus te noueris interficiendum, & in exemplum cærorum, noua & execrabili morte periturum. At sanctus Episcopus ex Dei munere presentem animum ad omnia toleranda afferens: Adhibete, inquit, cruciatus omnes, & finem mihi vitæ imponite. Ego in nomine Dei mei aliud, quam sum, esse non possum. Melius mihi est, presentes ferre pœnas, quam vobis & demonibus vestris stultissimè seruiendo, æternos gehennæ experiri cruciatus. Hæc & id genus alia illo dicente, perindè ac si tum primùm inciperent, atrociter in eum barbari sæuiunt, acrioribusque flagris, ardentioribus flammis, & nouis pœnarum vulneribus ad eum excruciant, ut exanimis putaretur. Eo ergò relicto, cum se nihil proficere cernerent, ob id tantum ad Gredonensem locum, vnde profecti fuerant, se retulerunt, ut ab inclusis pacem postularent.

Magna eius constantia.

Durissimè excruciat.

Ita ergò mutata rerum vice, obsessi præstant, quod rogare debuerant: ut illos potius crederes obsidione liberatos, qui datis multis muneribus, pacem & commercia ab obsessis impetrarunt. Id verò quis dubitet sancti præfulis & confessoris meritis Deum præstitisse, ut mox ab eius passione hostes omnes ab obsidione discederent? Plebs verò egrediendi tandem libertate potita, ilicò ad Episcopum & confessorem gratulabunda accurrit, alijque eius genibus aduoluuntur, alij suo ore eius sacro corpori inflicta lingunt vulnera, denique ab omnibus in domo Domini pro tantæ miserationis beneficio in cõmune gratiæ aguntur. Beatus verò confessor aliquandiu postea mansit in corpore: at tamen illis cruciamentis quassatus, non multò post è seculo excedens, ad gloriam & sedem ipsi debitam cõmigravit. Et quia per id tempus, ut diximus, aduersus

Eius precibus sui ab obsidione liberantur.

Decedit è vita.

adu. rsus

aduersus Christianos ubique seruebat persecutio, & tanta erat persecutorum rabies, vt nec sanctorum cineribus parcerent, quos iniustissimè puniebant, assistente sancto antistite suo, salubriori eius consilio vsi, sepultura eius cryptam in loco subterraneo effecerunt, in eaque sanctum corpus eius cum summa veneratione condiderunt: vbi Dominus Deus noster virtutum suarum beneficia penè quotidie, sancti martyris sui suffragantibus meritis, exhibere dignatur.

DE S. SYMPHORIANO MARTYRE EX ANTIQVVS MS. EXEMPLARIBVS. CONSENTIUNT *o*
vetustissima Martyrologia: & meminit historiae huius Gregorius Turonensis, De Gloria Confessorum cap. 77. Stylum F. Laur. Surius passim nomibilibus expoliuit.

Augusti 22.

Patria & genus Symphoriani.



VRELIANO principe aduersus Christianum nomen persecutionis diram procellam excitante, & ad abolendam Catholicæ legis religionem, imperij sui decreta conuertente, * Augustoduni erat Symphorianus, Fausti nobilis viri filius, Christiana familia ortus, literis & moribus probe institutus, ita vt primæ ætatis florentes annos, senum mores & grauitatem præ se ferens, immaculatæ mentis sinceritate superaret. Is itaque cum pueritiæ & adolescentiæ metis prætergressis, ad virilis ætatis robur peruenisset, tantam virtutum suarum omnibus bonis ipem fecit, vt eum boni omnes iam cum supernis virtutibus meritorum consortium habere putarent, idque non sine admiratione statuerent. Illustrabat enim eum cælestis sapientiæ spiritualibus gemmis ornata simplicitas, & ipse iustum vitæ tramitem tenens, felicitis gubernaculi moderatione seruatus, malè blandientis mundi naufragia vitauit. Per id tempus Heduorum ciuitas Augustodunum antiquæ nobilitatis titulis & sacrilegæ religionis referta cæremonijs, errorique seruens, diuersis gloriabatur idolorum templis, multoque vanæ superstitionis tenebatur amore: in primis autem Berecynthiæ, Apollinis, & Dianæ cultum studio propensiori complectebatur.

Berecynthia est, quæ Cybelem vocant.

Offertur Iudici pro tribunali sedens ait ad eum; Nomen tuum conditionemque edicito. Ille respondit; Symphorianus dicor; Christianus sum. Iudex dicit; Christianus es? Nos igitur, vt video, latuisti. Nobis huius nominis professio non magni momenti videtur. Sed cur deæ matris effigiem, profana abusione despectam, adorare noluisti? Symphorianus respondit; Paulo antè iam dixi, Christianus sum. Deum viuum adoro, qui regnat in cælis. Simulacrum verò dæmonis non solum non adoro, verum etiam, si permittis mihi, malleis illud mea autoritate comminuam. Iudex ait; Iste non solum sacrilegus, sed etiam rebellis conatur existere. An huius loci ciuis sit, dicat Officium. Dicitur est ab Officio; Hinc est: & quidem ex nobili familia. Iudex ait; Applaudis tibi Symphoriane gloriosa indole, & hæc fama cœpit tibi sub ambiguo mendacium persuadere. Et forsitan ignoras, quid principum nostrorum decreta sanxerint. Ea ergo ab Officio recitentur. Lectum est ab Officio;

Decretum Aureliani eidem prælegitur.

Conuenerat tum ad Berecynthiæ matris dæmonum profanam solennitatem multa populi frequentia. Porro Heraclius consularis id temporis in ea vrbe residebat, ad perquirendos discutiendosque Christianos cum primis sagax & curiosus. Adfuit & Symphorianus, & cum nollet statuam Berecynthiæ, quæ carpento vehabatur, agminibus stipata populorum, per contemptum adorare, publicæ seditionis prætextu compræhensus tenetur, & Heraclio consulari offertur. Is verò pro tribunali sedens, ait ad eum; Nomen tuum conditionemque edicito. Ille respondit; Symphorianus dicor; Christianus sum. Iudex dicit; Christianus es? Nos igitur, vt video, latuisti. Nobis huius nominis professio non magni momenti videtur. Sed cur deæ matris effigiem, profana abusione despectam, adorare noluisti? Symphorianus respondit; Paulo antè iam dixi, Christianus sum. Deum viuum adoro, qui regnat in cælis. Simulacrum verò dæmonis non solum non adoro, verum etiam, si permittis mihi, malleis illud mea autoritate comminuam. Iudex ait; Iste non solum sacrilegus, sed etiam rebellis conatur existere. An huius loci ciuis sit, dicat Officium. Dicitur est ab Officio; Hinc est: & quidem ex nobili familia. Iudex ait; Applaudis tibi Symphoriane gloriosa indole, & hæc fama cœpit tibi sub ambiguo mendacium persuadere. Et forsitan ignoras, quid principum nostrorum decreta sanxerint. Ea ergo ab Officio recitentur. Lectum est ab Officio; Aurelianus Imperator administris & rectoribus suis; Comperimus ab his, qui se nostris temporibus Christianos dicunt, legum præcepta violari. Hos ergo compræhensos, nisi dijs nostris sacrificauerint, diuersis pœnis subdite: vt habeat & districtio prolata iustitiam, & in rescandis criminibus vltio terminata iam finem. Lectis Imperatoris edictis, iudex ait; Quid ad hæc Symphoriane dicis? Num possumus nos principum decreta conuellere? Duplex tibi crimen intenditur: Vidèris & deorum contemptu sacrilegus, & legum abusione proteruus & contumax. Sed nisi iussis obtemperaueris, hæc tuo sanguine diluentur. Sanctus Symphorianus respondit; Nunquam ego